



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

Bipartitus, In Qvo L. Vetera Monumenta, Nunquam Visa, Pauculis Exceptis -  
Quorum Catalogum versa pagina indicat

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1604**

16. Desiderij Epis. Cadurceni Epist. li. vnus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64177)

EPISTOLÆ  
DESIDERII  
EPISCOPI  
CADVRGENI  
AD

- |                             |                           |
|-----------------------------|---------------------------|
| Abbonem Epistola 9.         | Medoaldum 7.              |
| Aspasiam 14.                | Paulum 11.                |
| Cesarium 13.                | Salustium 1.              |
| Chodulfum 8.                | Sigebertum Regem 3. 4.    |
| Dadonem 10.                 | Sulpitium 12.             |
| Dagobertum Regem 5.         | Pro Vntedio commendaticia |
| Felicem 15.                 | ad Episcopos & Comites    |
| Grimoaldū Maiorē domo 2. 6. | &c. 16.                   |

Nunc primū ex membranīs m. s. celeberrimi  
Monasterij S. Galli edita.



Vuu 3 IN-



# INCIPIUNT EPISTV. LÆ DOMNI DESIDERII EPI. scopi Cadurceni, ad diuersos porrecta, nunc ad Salustinum Episcopum.

x. *Domno sanctissimo, atq; pra optimis mihi in Christo diligendo Sa-  
lustio Prasati Desiderius vester.*

*ms. grati-  
arum iura.*



Vltiplices & ineffabiles vestra beatitudini pro inquisi-  
tionis studio, vel eulogiarum præcepta benedictione  
\* gratias iure persoluimus. & quamlibet indigni, Do-  
mini optamus pietatem, qui nobis citius locum tribuat  
vestra gratia seruiendi. Illud namq; quod zelo zelati estis pro ho-  
stra exiguitate, non omittitis solertiam egregii & nobilis pastoris  
dum viriliter & vigilanter agere adorti estis. Vtinam\* etiam in nobis  
diuina pietas perficere dignaretur. Quia ille rectè vigilat, qui aspectu  
veri luminis, & intimæ contemplationis semper oculos apertos gerit.  
Qua dere necesse est, vt mentem semper ad interiora & sublimia  
suspendamus; ne per torporis negligentiam ad ima trahamur.  
Igitur de eo, quod sollicitudo vestra sciscitare studuit, vestra dile-  
ctio comperiat omnes optimates & Principes, iuxta quod antea  
\* cum ipsis habebamus conglutinatam amicitiam, Gratias Christo,  
qui est bonorum omnium dispensator, satis amabiliter nos rece-  
perunt; & nos eos eatenus in DEI nomine retinemus, vt chari-  
tas mutua nunquam decidat, sed aucta magis in dies floreat; &  
cum amico vestro FLAVADO firmiter & amabiliter in charitate con-  
solidati sumus. De cætero vero satis, & cum plenissimo affectu,  
vt præfati sumus, pro tanta inquisitionis vestra dilectione grati-  
as agimus. Salutamus præterea vestram almitatem eo affectu, quo  
\* nobis oblata esse non ambigo, & supplex quaeso, vt pro mea ex-

*ms. sceni*

*ms. cum i-  
psos habe-  
bamus co-  
glutinata  
amicitia,*

*\* m. f. nob,  
scire non  
am.*

tremitate pio domino \* digneris exorare. Vale vir DEI, & memento mei. m. f. digneris.

Item Epistula domni Desiderii ad Grimoaldum. 2.

Domno Iulustri, & à nobis peculiarius suscipiendo domino, & in Christo filio Grimoaldo Maiori Domus Desiderii peccator.

NON ignotum vobis famulum, ac benè cupientem, cupio esse commendatum. Adest enim frater meus LVPVS ABBA, cuius mentem agni cupio agminibus interesse. Iste ad vos rediuiuo DESIDERIO pergit, & postulat se nostris affatibus commendari, quatenus eum vestra industria gloriosi PRINCIPIS DOMNI SIGGEBERTI REGIS obtutibus representet. Age ergò virùm egregie, mihiq; patrone, & istum habe, vt supra petii, per omnia fodalem; quatenus gaudeat se nostris apicibus vestra eminentia commendatum. Interea salute vberi fusa, precor impense, vt quod ipse suggererit, conditiones Monasterii nostri, \* quod nuper in honore sancti AMANTI edificauit, digneris recipere per omnia commendatas. Et talem exinde curam geratis, vt eternam retributionem pro collato beneficio expectetis. Dignamini etiam expectationem nostram de vestra, ac DOMNI REGIS salute, patrumque, vel fratrum vestrorum recipocante nos pagina \* consolari manu propria. Incolumem EXCELLENTIAM vestram superna pietas tueatur. m. f. quem, m. f. consolare.

Item Epistula domni Desiderii ad domnum Sigebertum Regem. 1.

Domino gloriosissimo, triumphali palmate coronato, sanctæ Catholice Ecclesie filio Sigeberto Regi, seruus vester Desiderius Cadurcæ vrbis Episcopus.

DVM & contigit de precesso domno nostro genitore vestro, quod nec pietati vestra tam cito fuerat optabile, Vos, reuerentissime domine, tam de nos seruos vestros, quam & de cunctos fideles integram dignamini habere mercedem. Vt quos genitor vester pie castruit, vester rigor & quamimter portet. & dum vos Deus omni-

72  
*Desiderii ad Sigebertum Regem Ep. 4.*

f. progeni-  
torum, vel,  
praecessoris  
vel, prote-  
storis no-  
stri.  
m. s. eter-  
na remun-  
eratione

omnipotens sua pietate in regni folio sublimavit, & tantum vobis de-  
dit prudentia intellectum; praesumimus conmonere CELSIT VOBIS  
GLORIA VESTRAE, vt semper \* protectoris vestri memoriam intimore  
corde retineatis. Semper cogitetis, quid post regni scepra futuri diis,  
& ad quale remuneratione p operum qualitate venietis. Nos pro E-  
pistola paritate te modicu quid monuimus. Vos taliter in omni o-  
pere, in omni causa, in omni iudicio vosmet ipsos exhibete, vt quando  
perfidi Reges cum iniquis damnantur, vos pro bonis operibus \* a-  
ternam remunerationem percipiatis. Explicit.

4.  
Item Epistula domni Desiderii ad domnum Si-  
gebertum Regem.

Domino gloriosissimo, atq; piissimo, vbique praelso sancta Ec-  
clesia, Filio Sigeberto Regi Desiderius seruus seruo-  
rum DEI, atque per gratiam eius Cadurca  
urbis Episcopus.

Qvod vos pia sollicitudine dignati estis litteris consolare, insuf-  
ficiens est mens nostra gratiarum iura persolvere. Qua de re  
singulari postulatione credidi deprecandum, vt ea me dignatione iu-  
beatis peculiarius confouere, qua Domini Genetoris vestri circa me-  
am pusillulam, exiguaque per tonam habita est gratia familiaritatis.  
Volui quidem sic obtemperare, vt non prius ad urbem redirem,  
donec, si potuisset fieri, VESTRI CVLMINIS PRAECLARAM CELSITVDI-  
NEM vidissem. Sed quia hoc difficile fuit, ideo nunc latorem praesenti-  
um commedare praesumo. Per quem officia salutationum digno  
culmini vestro honore persolvens, quaeso, vt petitiones ipsius in ef-  
fectu possitas, me de vestra excellentia incolumitate \* dignetis facere  
certiorem.

5.  
Item Epistula domni Desiderii Episcopi ad domnum  
Dagobertum Regem.

Domino gloriosissimo, atque piissimo, vbiq; praeferendo, vndiq; pra-  
celso, sancta Ecclesiae Catholicae filio, Dagoberto Re-  
gi Desiderius seruus seruorum Dei, &  
vester fidelis.

Dum

**D**um plerumq; pro conditiones Ecclesiasticas me necessitas com-  
 pellat ad **CELSITVDINEM** CVLMINIS vestri apices dirigere, ipsa ta-  
 men recordatio contubernii, & \* dulcedo auspicata indolis puberta-  
 tis monet, vt frequenter, si fieri possit, me exiguum famulum sollertif-  
 simis obtrubus vestris p̄optem praesetari. Qua de re salutationis ob-  
 seq̄o eo quo decet honore plato queso, vt de conditiones **CADVRCHÆ**  
 Ecclesie, cui **Deo** auctore, ex iussu vestro p̄sedeo, pro quas nūc praesenti-  
 um latorum apicum ad **EXCELLENTIAM** DOMINATIONIS vestrae festi-  
 nant, pro diuino respectu vel iustitia contemplatione integra mer-  
 cede studeatis habere, sollertissimo libramine causam trutinare: &  
 qua iustitiam perspicitis ponderare, illuc sententiam declinate. Nes-  
 solum de haere, sed omni tempore, de omni conditione sententiam  
 Regis iustitia praecedat & veritas. Iudicium quoque misericor-  
 dia comitetur, propter illud Apostoli: Iudicium sine misericordia  
 erit ei, qui non fecerit misericordiam. Age ergo **PRÆCELLENTISSIME**  
**PRINCEPS**, mi domine **DAGOBERTE**, age taliter, vt dum singularem  
 inter homines regni apicem obtines, ad æterni regni singularem glo-  
 riam sine confusione attingere possis. Me quoque non superfluum  
 iudicetis pro pia commotione, sed amantem mente ames pro salu-  
 bri exhortatione. **Explicit.**

m. f. dul-  
cido f. dul-  
ciudo.

Iaco. 2. 13.

Item Epistula domni Desiderii ad Grimoaldum  
praepositum palatii.

Domino Inlustri, totius aulae, immoq; regni \* **Rectori Gri-  
moaldo Maiori Domus. Desiderius exiguus  
seruus D. I.**

m. f. Re. Ho-  
rem G. Ma-  
iorem. Et  
nota quod  
in hu. Epi-  
stolam, f.  
codicis er-  
rores etiã  
manifestos  
exprimi-  
mus, vt fi-  
des editio-  
nis constet.

**P**agellari officio suggero, vt harum portitorem apicum commē-  
 datum dignetis recipere, & quæq; ore proprio suggererit effe-  
 ctui iubetis mancipare. Et quia cupio me vestris animis eo ordine  
 commendare, quo parentum vestrorum affectu sum vnico deuinctus,  
 precor vt illam gratiam genitoris vestri, erga me tenere dignetis, quæ  
 me vobis faciat placabilem, & vestram mihi praestet semper optabi-  
 lem. De condiciuncias etiam Ecclesia nostra, & pauperum suorum  
 singulari mercede studeat habere, easq; per omnia habete commē-  
 datas. Nos quoque in sinu gratia vestra, non vt meremur, sed vt  
 optamus, atque confidimus, paterno confouete affectu. Et si de hoc,

Xxx quod

*m. s. quoz.* q̄ suggestimus, sperata cōceditis, simul & de vestra ac DOMNI REGIS  
vel fratrum vestrorum incolumitate, aut \* quicquid nos scire debet  
censetis, quod in illa regione agitur, rescripti nos serie dignamini  
certificare, Incolumem vitam vestram superna pietas tueatur.

7. Item Epistula domni Desiderii ad Medoaldum Treu-  
rica vrbis Episcopum.

*Domino semper / no Medoaldo Papa Desiderius  
peccator,*

*m. s. dulce.  
dinem et  
inopia desi-  
derarem*

SI gratiarum iura beneficiis vestris recompenfare voluerō, non fa-  
ciam. pro illa scilicet supereminencia bona, quæ anno presentia-  
ga nos largitas vestra defeminare studuit. Pro impensas videlicet di-  
perfluentes, pro itinerantium multimodas necessitates. Nec solum  
famulantium oportuna subsidia non pauca misistis, sed etiam nos-  
met & expensis, & muneribus ampliastis. Implesti, beate pater, largita-  
tis officium, sustinuisi peregrinationem nostram, compassus es la-  
boribus nostris, & longe à solo patrio positos, ita paterno affectu soui-  
stis, vt nec regionis vbertatē, nec parentum \* dulcedinem ex inopia  
desiderarem. Dominus noster IESVS CHRISTUS, in cuius amore idim-  
pendisti, tibi pro nostra extremitate retributor existat. Nunc igitur  
famulatus mei iura persolvens supplico, vt quem tunc beneficiis con-  
solastis, nunc orationibus beneficio iuues. Latorem præterea præ-  
sentis officii filium communem CLAVDIVM Abbatem recipite per  
omnia commendatum. & munuscula, quæ ex nobis intulerit, grato  
animo habetote. Cùm se de mundo oportunitas contulerit, de ve-  
stra, & DOMNI REGIS, vel fratrum ac filiorum vestrorum mereamur  
incolumitate rescripti serie consolari.

Item Epistula domni Desiderii ad Chodulfum.

*1.* *Domno Inlustri, & à nobis peculiarius suscipiendo domino  
& in Christo Filio Chodulfo Desiderius  
peccator.*

*Rom. 5. 20.* IN sancti Apostoli Pauli dictis scriptum habetur: quod vbi abun-  
dauit peccatum, superabundauit gratia. Iam quantum me hæc ten-  
de gratia vestra dolui contristatum, superabundare me de vestra gra-  
tuloy

maior charitate. Non enim itineris illius, quo ætate sum gravata con-  
 sectus, iam quadam doloris memoria ducor; cum recolo, quanta erga  
 me dilectio vestra est pia voluntate diffusa. Vnde gratulatione maxi-  
 ma presentem paginam ad dominationem vestram destinavi, per  
 quam salute vberi fusa, precor Dominum, ut magis, magisque suam  
 in vobis tribuat largitatem pietatis, ac bonis faciat successibus abun-  
 dare. Et quia scriptum legimus: Generatio rectorum benedicitur,  
 Tu vir EXCELLENTISSIME benedictiones paternas semper memoria  
 vivacitate conserva, & si qua sunt, vel quod monuit, vel quod egit,  
 quasi ante oculos presentaneo retine memoratu. Multa enim sunt  
 de eius gestis tuis auribus recolenda, quæ si gestis adicias vita hu-  
 ius & intenta meditatione conserues. Ille orationibus donabit vi-  
 tique nunc favorem, quo probabiliter probe polleas, & istinc cur-  
 su feliciter auspicato, paternis muneratus præmiis adiungaris. In-  
 terca, quanquam necessarium esse non ducam, latorem presentis  
 officii multa devotione commendo, & ubi quod aut iste dixerit;  
 aut aditum cognoscitis oportunum, conditiones patroni vestri be-  
 ati STEFANI, cuius administrationem gerere videor, habete rece-  
 ptas, & per omnia commendatas, ut ipsi domini rerum, quibus  
 vice nostri Redemptoris servire videmur, ipsi vobis impendia æter-  
 na compensent, ac supplementum suæ tribuant largitatis.

P/117.11

Item Epistula domini Desiderii ad Abbonem.

Domino semper suo \* Abboni Papa Desiderius pec-  
cator.

9.  
m. f. Abbo-  
ne.

Utmator presentium apicum \* ab observando illo Monasterio  
 iussus accedit, & quia necesse est vestro eum patrocinio commē-  
 demus; igitur famulatus mei officia persolvens supplico, ut eum sic  
 ut famulum, gratia pietatis vestra recipiat commendatum, & de con-  
 ditionibus DOMNI STEFANI, vndeunque fuerint exortas, adhibete  
 sollicitudinem. Sicut me de vestra gratia confidere, ut credo; nul-  
 latenus ignoratis. Non enim à me docendus es, quid in nostris  
 supplementis, & Ecclesie, cui servimus, vel pauperum eius o-  
 portunitatibus præstes, quid vigilando prospicias, quidue expe-  
 rientie actionis tribuas. Nosti omnia, omniaque non ambi-  
 ges, quibus laboribus \* vrgemur, quibusque fatigamur ærumnis.

m. f. ad ob-  
servando  
illuminat  
striae q.  
n. e. v. e. pa-  
tracium.

m. f. vrgemur  
Hoc imay

XXX 2



videtur  
hic aliquid  
desse.

f. demum.

m. f. ini.

hoc solum cupimus te velle. Nam posse daturus est ille, sub cuius no-  
mine nos praesidio, & favore teneri gaudemus. Rogamus ergo, ut  
suum famulum batum optarem frequenter, si possibilitas arderet,  
sacris vestris interesse colloquiis, ut sicut nos sub saculi habitu in con-  
tubernio SERENISSIMI FLOTHARI PRINCIPIS mutuis sollebamus ro-  
uelare tabellis, ita iam nunc illa ad plenum deposita vanitate dulcia le-  
ceret CHRISTI ruminare praeccepta, sed quia sicut mens anhelat, estu-  
ctus sequi non praevalet; hoc sufficiat dicere \* dum favore vestre cha-  
ritatis non mediocriter sum recreatus. Proinde gratissima effusa labe-  
tatione, peroro, ut quem tunc & affatibus bonis, & benigna chan-  
tate consolastis, semper in memoriam vestri \* interni intimum tenen-  
tatis latorē, praeterea praesentis officii, qua valco insinuatione, vobis co-  
mēdo, & precor, ut in omnes conditiones, quas exerit, benignū iubeat  
tis praebere fauorē. & per ipsū, vel quādo cūq; aditus extiterit, de vestra  
felicitate mereamur certificari. Vale vir DEI, & memento mei.

10.

Item Epistola domni Desiderii ad dominum Da-  
donem Episcopum.

Sancto ac praefereudo Apostolico patri Dadoni Papa Desiderius  
seruus seruorum Dei.

f. praebuit.

m. f. Elegi-  
um.

D Vm plurima tempora elabuntur, quod praesentiam vestram vi-  
dere nequimus, nunc immensa se gratulatio menti obiecit,  
dum aliquatenus vel post diutina intervalla sese opportunitas \* pra-  
hibuit, qua vel pagellari officio me vestris conspectibus praesenta-  
rem. Igitur debito obsequio humiliter exhibito, illud peculianus  
peroro, ut quem quondam in ipso flore primae iuuentutis vni-  
comi mihi amore praebuisti, semper concedere digneris illum meum  
DADONEM. Maneat pristina inter nos atq; illum tuum, immo no-  
strum \* ELIGIVM inconuulsa charitas, indifuncta, ut fuit quondam,  
fraternitas, mutuis nos iuuenus precibus, ut quemadmodum  
in aula terreni PRINCIPIS socii fuimus; ita in illo superni REGIS coe-  
lesti palatio simul viuere mereamur. Et licet de nostro collegio du-  
os iam amiserim germanos, habemus pro his venerabilem PAVLVM,  
nec minus praedicabilem meritis SVLPITIVM. Quisquis  
igitur nostrum quantum plus praevalet, tanto amplius profe-  
ctuum gradus conscendere elaboret. Ad haec autem praedico  
plus me vestri orationibus, quam meis viribus attingere posse con-  
fido.

fido. Tantum est, vt indefinenter vos orare dignetis; & pietas Domini nostri Iesu Christi, credo, prestabit, quod rogatis. Vale vir DEI, & memento mei.

11.

Item Epistola Domni Desiderii ad Domnum Paulum Episcopum.

Domno semper suo Paulo Episcopo Desiderius peccator.

Iam credo ad aures tuas perlatum, qualiter MONASTERIUM CON-  
stituerem, & BASILICAM iam mihi Domino cooperante  
consummatam habeam. Proinde rogo, atque inuito APOSTOLICAM  
dignationem vestram, vt ibidem ad DEDICATIONEM interesse digne-  
mini. Et cum nos ibidem in DEI nomine viderimus, aliquantis simul  
diebus commorantes, de illa perenni ac desiderabili vita, de qua mu-  
tuo suspirare solebamus, familiaria colloquia desidero, vt habeamus.  
Alios etenim plures EPISCOPOS interesse facimus, qui nos vel exem-  
plo iuuent, vel hortatu roborent. Quorum nos contubernio non  
mediocriter opinor adiuuari. Veni igitur carissime, quantum longi-  
us, tantum velocius. vt post diutinam corporis ablationem tan-  
dem refocilemur mutua confabulatione. Aderit credo Dominus de  
se concionantibus, adstabit orantibus. nec nos deseret vnquam qui  
passus est pro nobis, de sede \* veniens paterna. Orantem te pro nobis  
potentia domini nostri Iesu Christi conseruare dignetur.

\* m. f. vo-  
nira.

Item Epistula Domni Desiderii ad Domnum Sulpitium.

12.

Sancto Patriarcha Sulpicio Desiderius seruus  
seruorum DEI.

Condecet primæ sedis Antislitem, vt sollers circa eum confacer-  
dotum exhibeatur sollicitudo; vt dum vicissim iura charitatis  
glutinantur, facilius deitatis consortio interesse mereantur. Iuxta il-  
lud, quod sacratissimo eximii vatis ore pollicitus: Ego, inquit, in habi-  
tatione in eis, & inter illos ambulabo. Nec non & Domini dictum: Vbi  
sunt duo vel tres congregati in nomine meo, & ego in medio eorum.  
quapropter, Papa beatissime, vestra sit elaboratio, vt pertinacia, quæ  
plerumque inter fratres serpit, vestro libramine radicitus euellatur.

Jerem. 7.  
Mat. 18. 20.

Xxx 3

Nam

Nam nostri erit studii solatia oportuna præbere. De cetero precor qua valeo supplico, vt quotiens ad exorandam Domini clementiam defixa mente adfistitis, nostri memoriam sacris precibus interferatis. Hæc nimirum facientes, vicem nobis in præsentiarum rependitis. Qui quamuis non, sicut oportet, oramus, orandi tamen instantiam non omittimus. Memento mei Papa beatissime, & cultoris tui merita orationibus foue.

13.

Item Epistula domni Desiderii ad domnum  
Cælarium.

Domno semper suo Casario Episcopo Desiderium  
peccator.

Desiderabilia nobis gaudia eueniunt, quotiens se aditus præbet, ex quo pusillitatis nostræ litteras ALMITATI vestra postumus dirigere. ideoque prælata occurisionis obsequia fraterna charitate monemus, vt causas vnde mutua fuit confabulatio, id est, de id, quod ad profectum animæ pertinere noscuntur, toto conatu omnique adnifu elaboretis adsequere. sicut è contra illa, quæ euidenter salutis animæ obsunt, tota virtute studeatis fugere. Et  
1. Cor. 13. 7. quia caritas omnia suffert, sicut nos videtis de vestra salute sollicitudinem gerere, ita vos quoque de nostra exiguitate dignamini sollicitare, ne, quod absit, culpa quælibet nobis latens, vicinis pro-  
paletur, & nobis quandoque in obiectionem ponatur. Præterea credo, quod nec vobis lateat, qualem egestatem de aqua, quam fons præbeat in hac CADVRCINA ciuitate habemus. Sed voluntas nobis inest, si \* possis permittere, vt per tubos ligneos subterraneo officio ad ipsam ciuitatem aquam ducere debeamus. Proinde quia nouimus, quod peritos ex hoc artifices haberes, precamur, vt compendium de ipsos faciatis. & vnde iubetis nos plenissimè \* re seruiamus. Agat APOSTOLICA dignatio vestra taliter tam de prælata monitione, quàm & de vltima suggestione, sicut nos in omnibus efficaciter de parte vestra confidimus. In columem Pontificatum vestrum diuina pietas custodiat.

\* fort. pos-  
sessio vel  
passus.

\* fort. re-  
seruiamus.

Item Epistula domni Desiderii ad quandam  
sanctimon ialem.

Des.

Desiderius Episcopus Aspasie Cœbatiffa  
salutem.

14.

Lacrimis tuis hæctenus motus hanc tibi historiam de Euange- *Luc. 9.*  
lio egregia illius scemina destinavi. In ipsa quippe diuinam  
consolationem reperies, & timorem. consolationem quidem, quo-  
niam qui de peccatione resipiscet, hanc animam pia Dominus be-  
nignitas non refutat; timorem ideo, quia anima, quæ accedit ad ser-  
uitutem Domini, continuo ad tentationes sustinendas se fortiter pa-  
ret, dicente Salomone: Fili accedens ad seruitutem Domini, sta in  
timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Gaudium qui- *Ecl. 2. 1.*  
dem est in tuis lacrimis, & exultatio fit in caelis, dum ipsa sponte *Luc. 15. 7.*  
damnas, quod male sponte contraxeras. Absit enim, ne sicut Eva *recidit*  
feducta est per serpentem, ita tu ad rediuias miseras copias reuer-  
tere. Ergo compatiatur anima tua dolori meo, vt ego possim vul-  
nere sanato lætificari de bono tuo. Age poenitentiam, quantum  
melius potes; & omni custodia serua cor tuum. Confido ego in *Prov. 4. 23.*  
Domino meo IESU Christo, quia cito obliuerabit omnem macu-  
lam tuam confessionis bona confessio. Vigila assidue; & ora, vt nul-  
latenus retrorsum respicias. Memento quid veritas dicat: Nemo *cf. confu-*  
ait, ponens manum in aratro, & respiciens retro, aptus est regno *sonis.*  
caelorum. Respicere autem retro nihil est aliud, quàm poenitere *Luc. 9. 62.*  
quenquam, & abicere quod coeperit bonum, & rursum mundiali-  
bus negotiis implicari. Recordare etiam vxoris Loth, quod utique *Gen. 19.*  
Dominus specie hæctenus per Euangelium poenitentibus fuisse no-  
scitur protestatus. Ergo in hac historia continetur & magnus poe-  
nitentia fructus, & impletum in caelis gaudium coram angelis fan-  
ctis. Cum illa, quæ fuerat ante peccatrix, meruit suis lacrimis pro- *Luc. 7.*  
mereri spem salutis. Oro ergo, & per Dominum IESUM Christum  
te obsecror, vt non des amplius diabolo locum, sed in ieiuniis, & ob-  
secrationibus, & vigiliis te instanter impendas. & quantum sentis  
te hominum desitutum præsidio, tantum tibi diuinum adesse fla-  
gites adiumentum. Iterum ac sæpius moneo, vt hæc à te historia  
frequentius relegatur. Et in tantum pro te insta,  
vt etiam pro me apud Dominum  
te credam posse aliquid  
obtinere.

Item

Item Epistula Domni Desiderii ad Felicem  
Narbonæ urbis Episcopum.

Domno semper suo Felici Prasuli Desi-  
derius peccator.

**A**Nte dies aliquot quidam frater litteras vestras nobis exhiuit  
plenas doloris & mœstitiæ: quarum tetra superficies nihil fe-  
renum, nihil iucundum, vel ad charitatem pertinens innuabat; lique-  
dem à summis ad ima vsque molestiæ exitiales querimonias abine-  
rant. Et forsitan mea negligentia, non mea culpa ita confecta  
Non enim reor me hæcenus adeo fuisse vestra offensa pulsatum, ut  
huiusmodi iurgia pontificalia viscera \* replerent. Et licet vestra ar-  
res vipera infusione subpleta serpentis erumperent sibilum, nostra  
tamen præcordia præcepta Christi meditabantur in arcanum. Et  
quamuis serpentina astutia iurgiorum propinaret venena; ego tamen  
ut de vestra esset caritate depulsus, magis merendo dolebam. Pro-  
inde precor propensius, si in me remanet actio culpa, vestra pia al-  
mitas intercedat, ut sententiæ aduersæ profus aduertat. Sin autem  
suetæ me ambiunt accusatione vexare, contuendum censeo, & à ve-  
stra censura opto fore cauendum; ut aures vestras viperina venena,  
ac velut \* Sirenarum cantu letalis sibilus non infundat. Ego me-  
strum, non ut opinor, iniusto iudicio subdo. vos propensius ratione  
tractate, ut indemnem nequaquam damnare \* dicere imbeatis: qua-  
propter salute humillima precor, effusa, ut quia dudum me quam-  
libet minorem iudicio tamen parem esse duxistis, non nos separet  
virosa & pertinax audacia suadentium; quos pia hæcenus & saluti-  
fera caritas neclere iussit. Ego itaque ac si supra vires fati queat,  
iussioni non obfisto; dummodo à vestra dignationis gratia non a-  
uellat. Quod minus utilis styli ~~exaravit~~ impressio, affatu latioris pi-  
sentium est ore commissum. ipsum diligenter auscultate; & vobis  
verè cognoscetis, quantum vobis honoris referret. Date igitur ve-  
niam, date gratiam, date piam affatus copiam; ut qui pro Christi  
exemplum ante vestra vestigia caput humile subdet, non conculcan-  
dum, sed potius eleuandum vestra bona pietate si putet. Cer-  
tè multo melius est cum humilibus in conspectu  
Dei exaltari, quam cum super-  
bis humiliari.

Domni

Dominis sanctis, & cum summa veneratione memorandis dominis  
Episcopis & Abbatibus, nec non & sublimibus atque Magnificis  
viris, Comitibus, Tribunis, Defensoribus, Centenis, & hominibus  
Publica vel Ecclesiastica agentibus, Desiderius servus  
servorum Dei Urbis Cadurcae  
Episcopus.

Quæsumus domni, vt pro nobis orare dignemini, & harum portorem VNTEDIUM Presbyterum, vna cum puero itineris sui comite, commendatum recipiatis. Quia non, vt multi \* giroaci, cir- \* gyronagi cum uentiones prætendit, sed pro rationabili peregrinatione HISPANIARVM petit. Agite itaque vt à nullo inquietetur, neque patiat in- iuriam. Sed magis vestro aditu in antea proficiatur securus. Propitii recceatatis domini semper nobis.

Finit dictio sancti Desiderii Episcopi.



Iyy

AD

H  
N  
S  
Z

De...  
...  
...  
...

...  
...  
...  
...

...



...